



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

23. Nuper pro parte &c. Confirmatio Decreti Sacræ congregationis  
Episcoporum, & Regularium, quo Manuale Cæremoniarum Provinciæ S.  
Evangelii de Mexico Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

Definitivè declarat obsequioſo ſeſtentoſi fariſtobedientiæ debite illam Conſtitutiōnibus, ſed requiri internam, & verbalem condenmationem propositiōnū, eodemque modo ſubſcribendam eſſe formulari.

Decreta roborantia cum clauſula ſublatā, & irritante.

Præceptum ſuper obſeruantia præfentiōnē Conſtitutiōniſ.

Fides habenda Tranſumptiſ.

Sanctio pœnaliſ.

la in eis contenta authoritate Apoſtoličā, tenore praefentium, conſirmamus, approbamus, & inno-  
vamus.

§. 25. Ac inſuper, ut quævis impostaerum er-  
rois occasio penitus præcidatur, atque omnes Ca-  
tholicæ Ecclesiæ filii Eccleſiam iſam audire, non  
tacendo ſolū (nam & impii in tenebris contine-  
cunt) ſed, & interius obſequendo, qua vera eſt  
Orthodoxi hominiſ obedientia, condicant; hac  
noſtrā perpetuā valitūr Conſtitutiōne: Obedien-  
tia ſe, qua præinſertit Apoſtoliči Conſtitutiōnibus  
deberet, obsequioſo illo ſilento minime ſatiſferi;  
fed dannatum in quinque praefati propositiōnibus  
Janseniani libri ſenſum, quem illarum verba pra-  
leſerunt, ut praefertur, ab omnibus Christiſidelibus,  
ut hareticum, non ore ſolū, ſed & cor-  
de rejiſi, ac damnari deberet; nec alia mente,  
animō, aut credulitate ſupradicta Formula ſubſ-  
cribi licet poſſe; itaut qui ſecuſ, aut contra,  
quod hæc omnia, & ſingula, ſenſerint, tenuer-  
int, praedicaverint, verbo, vel ſcripto docue-  
rint, aut afferuerint, tanquam praefatarum Apo-  
ſtoličarum Conſtitutiōnium tranſgrediores, omnibus,  
& ſingulis illarum censuris, & poena omnī-  
nd ſubjacent, eadem authoritate Apoſtoliča decer-  
nimus, declaramus, ſtatuiſ, & ordinamus.

§. 26. Decernentes pariter eadēm praefentes,  
& præiſertas literas ſemper, & perpetuā validas,  
& efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios,  
& integrōs eſſetū ſortiri, & obtinere. Sieque  
per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos  
ubique judicari, & deſtiui debere, ſublatā eis,  
& eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & inter-  
pretandi facultate, & authoritate; ac irriuum, &  
inanę, ſi ſecuſ ſuper hiſ à quoquā quāvis autho-  
ritate ſcienter, vel ignoranter conſigerit attentari.

§. 27. Quocirca Venerabilibus Fratribus Ar-  
chiepiscopis, & Episcopis, aliis locorum Ordinariis,  
necon hæreticæ pravitatis Inquisitoribus,  
& Judicibus Ecclesiasticis, ad quos pertinet,  
committimus, & mandamus, ut ſinguli in hiſ reſ-  
pective Diocelibus, ac Loci ſue jurisdictioni ſub-  
jeclis, iſipſas praefentes literas, & in eis contenta  
quaenamque exequantur, & exequitioni mandari,  
& obſervari ab omnibus current, & inobedientes,  
& rebelleſ quoſcumque per censuras, & poena  
praefatas, aliaque juris, & facti remedia, appella-  
tione poſtponiti, invocato etiam ad hoc, ſi opus  
fuerit, brachii ſeculariſ auxilio, omnino co-  
reant, & compellant.

§. 28. Volumus autem, ut earumdem praefen-  
tium tranſiuptis, etiam imprefſis, manu alicuius  
Notarii publici ſubscriptis, & ſigillo Personæ in  
Dignitate Ecclesiastica conſtituta munitis eadēm  
fides proſuſ adhibeatur, qua ipſis originalibus li-  
teris adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa.

§. 29. Nulli ergo omnino hominiſ liceat  
hanc paginam noſtra Conſtitutiōniſ, Approba-  
tioniſ, Innovationiſ, Decreti, Declarationiſ,  
Statuti, & Ordinatiōniſ infringere, vel ei auſu te-  
merario contrarie. Si quis autem hoc attentare  
præſumpferit, indignationem Omnipotenti Dei,  
ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejuſ ſe-  
noverit incurſum. Datum Romæ apud Sanctam  
Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominica  
Millesimo Septingentesimo quinto, Decimo Septi-  
mo Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno  
Quinto.

J. Card. Prodatarius.

F. Oliverius.

Vifa de Curia C. A. Fabronius.

Locus + Plumbi.

Philippus Porta.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate D. N. Iehu Christi millesimo ſep-  
tingentesimo quinto, Indictione decimatercia, die  
verò decimaliexta Julii, Pontificatus autem Sancti  
in Christo Patris, & Domini Noſtri, Domini Cle-  
mentis Divina Providentia Papa XI. Anno Quinto,  
ſupradicta litera Apoſtoliča affixa, & publica-  
ta fuerunt ad valvas Eccleſie S. Joannis Latera-  
nenſis, Baſilica Principis Apoſtolorum, Cancellarie  
Apoſtoličæ, Magna Curia Innocentiana Montis  
Citatorii, in Acti Campi Flora, & in aliis locis  
ſolitis, & conuentis Urbis per me Thomam de Uni-  
nibus ejusdem SS. D. N. PP. Curorem.

Joannes Græcus Mag. Curs.

### C O N F I R M A T I O

XXIII.

Decreti Sacra Congregationis Epifcoporum, &  
Regularium, quo Manuale Cæremoniarum Pro-  
vinciae S. Evangelii de Mexico Ordinis Minorum  
S. Francisci de Observantia approbatuſ.

### C L E M E N S P A P A X I.

Ad futuram rei memoriam.

N Upere pro parte Dilectorum filiorum Fratrum  
Provinciae S. Evangelii Mexicanæ. in Indiis  
Occidentalibus Ordinis Minorum Sancti Francisci  
de Observantia nuncupatorum Congregationis Ve-  
nerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium  
Negotiis, & Consultationibus Epifcoporum, &  
Regularium prepoſita expoſito, quod alias in Ca-  
pitulo Generali dicti Ordinis in hac Alma Urbe An-  
no MDCC. celebrato pro bono regimine ſpiritu-  
ali, & temporali omnium Provinciarum Indiarum  
dicti Ordinis, ac ad occurrentium incommodeſ,  
& gravibꝫ malis, qua oriebantur ex instabilitate  
Ceremoniarum, & Rituum, quos Commiſſarii  
nove Hispaniæ, & Regni Peruani Ordinis  
prædicti Ritibus propria, alteriusque Provinciae  
conformare nitiebantur, fancitum, ac ſub priva-  
tionis Officii penā dictis Commiſſariis injunctum  
fuerat, ut permitteret Provincias vivere juxta ſuas  
laudabiles Ceremonias, & Ritus in hiſ, qua  
non erant contra Sancta Sedis præſcriptum, nec  
ea quoquāmodo innovare, aut alterare atten-  
tare, decernendo irriuum, & inane quidquid in  
contrarium feciſſent, committingo inſuper pro  
tempore exiſtenti Ministro Generali, & Commiſſario  
itidem Generali Indiarum dicti Ordinis in Op-  
ido Matriti pro tempore commoranti, ut Statu-  
tum hujusmodi inviolabiliter obſervari facerent,  
& alias, prout in dicto Statuto uberiſſ dicebatur  
contineri.

§. 1. Subinde verò ad instantiam tunc etiam  
existentium Fratrum dictæ Provinciæ, ac etiam de  
eius Superiori juſtu hujusmodi Cæremoniæ, &  
Ritus per Dilectum Filium Ifidorum Alphonſus  
de Caſtaneira Fratrem dicti Ordinis expreſſe profet-  
sum in ſeptem Paragraphos, quibus titulus: Ma-  
nuale Cæremoniarum Provinciae Sancti Evangelii  
de Mexico juxta ordinem prædicti Capituli Genera-  
lis collecte fuerant. Et in eadem expoſitione ſu-  
buncto, quod verebatur, ne temporis decurſu  
præmisſa ab aliquo Superiori, non fine gravi dictæ  
Provinciæ ſpirituali, temporalique jaclatura mode-  
rarentur, aut innovarentur; Ideoque ipſi Expo-  
nentes quo Statutum, ſeu Decretum hujusmodi  
perpetuō ſervaretur, nec illud ullo unquam tem-  
pore a Superioribus dictæ Provinciæ, niſi de eius  
confenſu immutaretur plurimum cupiebant, Decre-  
tum hujusmodi una cum dictæ Provinciæ cære-  
moniis, ſicut præmititur, congregati, auctoritate  
dictæ Congregationis Cardinalium conſimirari. E-  
manavit ad eorum ſupplicationem ab eadem Con-  
gregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui

Decretum  
Capituli ge-  
neralis habi-  
ti anno 1700.

Fr. Ifidorus  
Alphonſus  
de Caſtaneira  
author  
Cæremonia-  
lis Provin-  
cie S. Evangelii  
de Mexico.

Idem Cære-  
moniale ap-  
probatur à

ANNO  
1705.

CLEMENS UNDECIMUS.

ANNO  
1705.

Sac. Congregationis Episcoporum anno 1705. die 8. Augusti.

Pontifex .  
confidat  
Decretum  
ejusdem  
Sac. Con-  
gregationis  
Salva &c.

sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminenciarum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, auditio Procuratore Generali Ordinis, & attentis narratis petitam confirmationem Oratoribus benignè concessit. Roma vii. Augusti MDCCV. N. Cardinalis Acciajulus: Loco + sigilli.

¶. 2. Cum autem sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmis subscriptis, Apostolicæ confirmationis nostra patrocinio communici summo perè desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulare personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentum dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolicæ tenore praesentum confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitas robor adjicimus; Salvata tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

¶. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiti, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabat, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari; sicutque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causatum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante, præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Provinciatum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolicæ, vel quavis firmitate alia robora Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariai quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatori die xv. Septembris MDCCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

F. Oliverius.

XXIV.

UNIO PROVINCIÆ ITALIÆ

Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationi Hispaniae ejusdem Ordinis.

CLEMENS PAPÆ XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Amedeus de Sanctis Frater expresse professus, ac Procurator Provinciæ Italæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissima Trinitatis Redemp-

Bullar. Rom. Continuat. Pars II.

D

nem

tionis Captivorum, quod cum alijs tunc existentes Fratres Discalceati trium Conventuum Italia diœli Ordinis, ob defectum regulatis observantæ, aliquæ justis, & rationabilibus de causis in Congregatione tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita probatis, & justificatis, proprias obligationes nequaquam adimplere, minusque aliquos, sive in spiritualibus, sive in temporalibus religiosos progressus facere valenter, seque proinde Congregationi Hispaniae Fratrum Discalceatorum ejusdem Ordinis uniti petiissent, & successivè Superiores dictæ Congregationis consensum unioni hujusmodi praestitissent, ac deinde iudicem Fratres Discalceati Provinciae praefatae supplicem libellum fel. rec. Innocentio Papa XI. Praedecessori nostro pro unione hujusmodi obtinenda porrexissent, isque ab ipso Innocentio Praedecessore ad dictam Cardinalium Congregationem, & ab eadem Congregatione ad bon. mem. Alderanum S. R. E. praefatae Cardinalem Cybo nuncupatum dicti Ordinis, dum vixit, apud eundem Innocentium Praedecessorem, & Sedem Apostolicam Protectorum remissus fuisset, dictus quidem Alderanus Cardinalis, & Prosector suum pro dictâ unione votum justis de causis una cum eo relatis praefatae Congregationi Cardinalium exhibuit; verum cum die quinta Maii MDCXC. causa in ipsâ Cardinalium Congregatione proposita fuisset, dilato circa dictam unionem negotio, emanavit ab eadem Congregatione Decretum, quo pro tunc ex tribus Conventibus praefatis constituta fuit separata, supradictè nempe Italia Provincia, quantum Conventuum Religiosi sub obedientiâ Ministri Generalis dicti Ordinis juxta forinam tamen in quibusdam rec. me. Urbani PP. VIII. Praedecessori pariter nostri literis in simili formâ Brevis die xi. Septembris MDCXXIX. expedita præscriptam permanerent. Cum autem, sicut eadem exposicio subjungebat, dicti Religiosi observantiam Constitutionum dictæ Congregationis Hispaniae in solemnî eorum Regulari professione expresse promiserint; adeoque eas observare teneantur; illa vero ipsos ad subjectionem pro tempore existenti Ministro Generali ejusdem Congregationis Hispaniae omnino obligent, ipoque proinde, quo facultas vota sua Altissimo reddere, & propria Instituta regularia adimplere valeant, memoratae unionis gratiam summoperè expirant; Nobis propteræ dictus Amedeus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolicâ dignaremur.

¶. 1. Nos igitur ipsius Amedei votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliiter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquæ Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorū ex Venerabilibus Fratribus nostris dicti S. R. E. Cardinalibus super causâ hujusmodi unionis dicta scilicet Provincia Italæ, omniumque ejus Religiosorum praefatae Congregationi Hispaniae inter eundem Amedeum ex una, & Dilectum etiam filium Vincentium Coppolam Procuratorem Generalem dicti Ordinis ex altera partibus controversâ à Nobis specialiter deputatorum, qui ipsos Amedeum, & Vincentium Procuratorem Generalem, tam ore, quam scriptis informantes audiverunt, negotioque mature perpensi, justis, ac rationabilibus de causis uni-

Decretum  
Sacra Con-  
gregationis  
Episcopo-  
rum.

Proæmium.